

1757.

1. Baumgarten, Sigism. Jacobus: Dissertatio theol. hist. moralis sistens: misanthroporum ecclesiae apud veteres christiana nos spe solutionis designationum.
2. Buchnerus, hnter, Hier: De reliquijs variolarum tam praeservandis, quam curandis.
3. Cuvach, Franci Philippus: De necessariis litteraturae juridicae studiis
4. Cuvach, Franci Philippus: De foro continentiae causarum et comertate.
5. Cuvach, Franci Philippus: De interrogationibus in jure eorum qui defecti in foris Germanicis
6. ^{1. 2.} Cuvach, Franci Tibius: De differentiis juris Romani et Germanici in hujus indultatione necessariae. 2 Sembl.
1757 = 1765

7. Curdach, Francus Tobias: De commendanda litem protractione
circa subactis interuentibus.
8. Curdach, Francus Tobias: De penina procuratorice ad
litem.
9. Hertmann, Petr. Frmanuel: De sudore unius lateris
- 10^{a. et} = Heister, Phil. Tacitus: De iure retentionis 2 Sumpt.
1757 & 1761.
- 11^{a. et} = Heister, Phil. Tacitus: De rei nunquam possessae
per actionem Publicianam vindicatione 2 Sumpt. 1757
& 1761.
12. Helmar, Lucas Henricus: De iure defensionis secundum
principia jurisprudentiae universalis considerato
- 13^{a. et} = Knorre, Ernestus Fridericus: De probatione nobilitatis
1007 instrumentis.
- 14^{a. et} = Nettelbladt, Daniel: De decisione canonum secundum
analogiam. 2 Sumpt. 1757 & 1763.

- 15^a, ^{b, c} = Nettelbladt, Paul: De imperii sacri saluum protestantium. Imp. Rom. Germ. vera natura et indole. 3 9 sept.
- 16. Nicolai, Gottlob Samuel: Meditationes de quibusdam cultuum Dei externum concernentibus
- 17. Pauli, Conradus Fredericus: De jure belli societatis mercatoriae majoris privilegiate.
- 18. Pauli, Conradus Fredericus: De abrogatione rerum legati ejusdem comitatus
- 18^a ²² = Reuterus, Joannes Hartwich: . . . An jus Romanum jus provinciarum civitate in specie in Germania esse possit? 2 3 sept
- 19^a ²⁰ = Reuterus, Joannes Hartwich: De foro competentis provocacionum ex practica l. l. i. ff. de iur. jur. et l. si contendat 28 7. l. si iur. jur. et l. si iur. jur.



21. Niebitzius, Joh. Fredericus: De insufficientia phala-
sophiae moralis ad veram felicitatem

22. Neherus, Christianus: . . . An et quatenus voluntas
hominis possit capi?

12 Q. D. B. V.
EXERCITATIO IVRIDICA *Ec. 27.*
SISTENS *Pub. 20. num. 16.*
SICILIMENTA *17517. 40*
DE

FORO CONTINENTIAE
CAVSARVM
EX CONNEXITATE

ad L. 10. C. de Iudiciis

QVAM

INDVLGENTE ILLVSTRI ICTORVM ORDINE
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

IOANNE PHILIPPO CARRACH

IVRIS VTRIVSQUE ET PHILOSOPHIAE

DOCTORE

D. VI. SEPT. MDCCCL.

H. L. Q. C.

PVBlicae DISQVISITIONI

SVBMITTET


CHRISTIANVS GVILIELMVS ROTTH.

HALLENSIS.

HALLAE SALICAE
AERE IOANNIS FRIDERICI GRVNERTI



A SON EXCELLENCE
VON SEIGNEUR
SICILIMONTA
CHARLES FIDOLPHE
FORO B A R T O N / B I A E
C A V S A R V M
DANCKELMANN
ed. A. in P. de Indictis
ET
INDIT P R A N G I N
IN REGIA P R O C U R A
MINISTRE PRIVÉ D'ÉTAT ET DE
JOANN G U E R R E D U R O I R A C H
L'AVIS V T R O S Q U E S E T
C H E F P R E S I D E N T D E S A F F A I R E S E C C L E S I A
S T I O N S D E T O U S L E S C O N S I S T O I R E S S U
P E N I E U R S E T D E S A F F A I R E S F E O D A L E S
C U R A T E U R S U P E R I E U R D E S A C A D E
M I S R O I A L L E S
C H R I S T I A N S G U I L L I M U S R O T H
S E I G N E U R
B Y L O B E R S L E V E N E T D O T H U S E N
H A L L E A E S A L T Z B U R G
A N T E J O A N N I S F R I D R I C H G R A V E F F



A SON EXCELLENCE
MONSIEUR
CHARLES LUDOLPHE
BARON
DE
DANCKELMANN
ET
PRANGIN
MINISTRE PRIVE D'ETAT ET DE
GUERRE DU ROI
CHEF PRESIDENT DES AFFAIRES ECCLESIA-
STIQUES, DE TOUS LES CONSISTOIRES SU-
PERIEURS ET DES AFFAIRES FEODALES,
CURATEUR SUPERIEUR DES ACADE-
MIES ROIALES
SEIGNEUR
DE LODERSLEBEN ET D'OPHAUSEN
ETC.

A MONSIEUR
MONSIEUR
CHARLES LUDOLPHE
BARON
DE
DANKKELMANN
ET
FRANCOIS

MINISTRE PRIVE D'ETAT ET DE
VOS Juges d'apres la preuve de de-
couvert, que je VOUX donne en of-
ficiel de VOTRE EXCELLENCE
parable de VOTRE EXCELLENCE
CE ne laisse guere douter qu'ELLE
corde cette grace. Il n'y a de plus grande
pour un homme de lettres que de VOUX plaire. Les
adres de l'Empire des Héros et des grands
DE LOBORSLEBEN ET BORNHAGEN
sont, que les Héros ont transmis aux Modernes pour
leur



MONSEIGNEUR

Je VOUS supplie d'agrée la preuve de de-
vouement, que je VOUS donne en of-
frant cet ouvrage. Le caractere incom-
parable de VOTRE EXCELLEN-
CE ne me laisse guere douter, qu'ELLE m'ac-
corde cette grace. Il n'y a de plus grande louange
pour un homme de lettres que de VOUS plaire. Les
idées de l'Eminence des illustres Heros et des grands Ge-
nies, que les Anciens ont transmises aux Modernes pour
leur

leur fournir des objets dignes de l'admiration de la posterité la plus reculée, sont trop abjectes pour faire le Portrait de VOTRE EXCELLENCE. C'est avec raison, que j'avance, qu'il faut des nouveaux termes et des expressions distinguées pour marquer la Veneration de VOS adoreteurs, c'est à dire celle que tout le Monde VOUS porte. Trouvés bon, que je profite de l'honneur de me dire avec un profond respét

MONSEIGNEUR
DE VOTRE EXCELLENCE

à Halle
ce 4. Septembre

1754.

Je tres humble et tres obeissant
serviteur,

C. G. Rotth.

CONSPECTVS EXERCITATIONIS.

Cuius

I. Prooemio

- A) distinctio continentiae causarum in identitatem et connexitatem allegatur, atque
B) Thema proponitur §. I. De

II. Tractationis ipsius

A) parte generali

- α) definitur connexitas causarum atque
β) distinguitur in eam, quae oritur
a) ex iudicio praeparatorio, nec non
b) ex possessorio, denique
c) ex alio praecedente in lite §. II. Exponuntur porro

γ) indoles generalis et fundamenta communia connexitatis causarum §. III. traditis
δ) axiomatibus de eadem §. IV. Postmodum

B) parte speciali ponderatur

- 1) axioma I. de ambitu fori connexitatis causarum et illustrantur

α) actiones praeparatoriae, imprimis

- a) provocatoriae, inter quas obuenit
N) provocatio ex Lege Diffamari eiusque

αα) casus 1. vel ob iactatam actionem vel praesens aliud ius. Restrigitur huius connexitas

αα) tam cum actione principali, ββ) quam cum actione iniuriarum. §. V. Sequitur

ββ) casus 2. ob sparsum finistrum rumorem, quo loco defectus connexitatis ostenditur §. VI. vti et fit

ζ) intuitu provocacionis ex Lege Si contendat. §. VII. Excipit

b) actio ad exhibendum. Huius

N) casu 1. ad praeparandam rei vindicationem

αα) deest connexitas apud Romanos,

ββ) in Germania autem actio ipsa cessat: idemque obtinet

ζ) in casu 2. ad separationem rei iudiciae, et pariter

ζ) in casu 3. ad praeparandam actionem ex testamento in legato optionis, vti quoque

7) in casu 4. ad videndam rem vindicandam ab altero detentam et persciendam, num sit petentis. Verum

7) in casu 5. ad rem testibus simulstrandam

αα) ostenditur connexitas, simul tamen ββ) restringitur. Tandem

7) ea profusus cessat in casu 6. actionis ad exhibendum subsidiariae. §. VIII. Succedunt

c) actiones interrogatoriae et interrogaciones in iure faciendae, intuitu quarum notatur,

N) connexitatem deficere ex iure Romano

ζ) eandemque et rem ipsam cessare in Germania §. IX. Disquirunt ulterius

β) de possessorio et petitorio, cuius connexitas euincitur

a) ex ratione generali actionum praeparatoriarum, deinde expenditur

b) ex iure Romano, cuius textus hic vulgo tracti

N) ex Digestis examinantur

αα) generatim et

ββ) speciatim 1) L. 37. de Iudiciis. 2) L. 24. de Rei Vindic. 3) L. 7. de Liberal. cens.

4) L. 35. de Acquir. et emit. possess. Idem fit

ζ) in legibus Codicis, de quibus tam

αα) generatim, quam

ββ) sigillatim 1) L. 3. de Interdict. 2) L. 3. Finitum regundor. 3) L. 3. Quor. bonor.

4) L. 14. de Agricol. et censit. 5) L. 13. de Rei Vindic. 6) L. 10. de Iudiciis §. X. Ponderatur idem momentum

c) ex iure canonico, ubi

N) post obseruationem generalem

Ora. cognitionem 2) c. 1. X. de Caus. possess. et propriet. 3) c. 3. eod. 4) c. 4. eod. 5) c. 5. eod.

6) c. 6. eod. 7) c. 36. X. de Testib. et attest. 8) c. 2. X. de Capell. monachor. 9) element.

vn. de Caus. possess. et propriet. §. XI. Deducitur non minus ista connexitas

d) ex legum prouincialium consensu, imprimis

e) ex iure Brandenburgico, nec non

f) ex cumulatione possessorii et petitorii atque

g) ex compendio adhibendo in sententiis de possessorio. §. XII. Tractatur

7) de

v) de connexitate ex illatione praedicti, et quidem

a) in capitulis litis accessorii tam

N) generatim quam suppeditatis

2) obseruationibus specialibus de connexitate

aa) actionum praedictialium incidentium, ut et

ββ) restitutionis in integrum. Quae ritur simul

γγ) de poena testis falsoquentis ac

δδ) de exactione honorarii aduocatorum in foro causae principalis. §. XIII. Perpenditur insuper connexitas

b) intuitu interuentionis atque

c) litis denunciationis immo et

d) concursus creditorum §. XIV. itidem

e) ex prauectione et litis pendentia. Vnde

N) generali de his postremis obseruationi subnectuntur

2) animaduersiones speciales

aa) de prauectione per monitoria in Saxonia Electorali, de in

ββ) de spurio litis pendentiae casu, si de diuersis eiusdem pacti vel transactionis capitibus agatur, qui

aa) propositus

bb) praedictio illustratur, porro

γγ) de quaestione propter partem rei iamdem litigiosae et facti superueniente, quae

aa) expostita

bb) decisione munitur: extremo

δδ) de abusu prauectionis in fraudem aduersariorum. Monstratur simul connexitatis

f) ex arresto abusus. §. XV. Discretur de

g) concursu causarum criminalium et ciuiliu, ubi de

N) generalibus brauiter, deinde

2) specialia fluunt

aa) de connexitate ex causa criminali in progressum ciuilibis incidente, ubi

aa) de cognitione causae ciuilibis pendente inquisitione, ut et

bb) hac finita, tam

NN) si reus condemnatur, quam

22) si absoluitur vel ita ut

1) inquisitioni locus plane non sit vel

2) praescripto purgatorio, obseruatur quoque

ββ) defectus huius connexitatis ex iure Brandenburgico in concursu creditorum. Sermo pariter fit de

h) concursu causae ecclesiasticae et saecularis, quo loco

N) de abusu connexitatis inter catholicos,

2) eiusque restrictione inter euangelicos, atque

3) defectu in terris Brandenburgicis. Denique considerantur

i) mutuae petitiones, ubi agitur de

N) explauatione textuum 1) L. 11. §. 1. D. de iurisdic. 2) L. 22. D. de iudicis.

3) L. 1. in fin. D. quae sentent. sine adpellat. resc. 4) L. 14. C. de iudicis.

5) Nov. XCVI. posthac

2) de abusu et

3) usu cautionis pro reconuentione. §. XVII. Dilucidatur pari modo

2) axioma II. de usubuius fori in secunda instantia, quapropter

aa) dictum de prauectione inter piura iudicia superiora, porro

aa) de restricta connexitate ex adpellatione iudicis ecclesiastici, nec non

γγ) de leuentione adpellationis forum instantia vel

a) nunquam fundata vel

b) iterum finita. §. XVIII. Vltimo ponderatur

3) axioma III. de defectu connexitatis ob naturam causarum oblatsem, siue

aa) ex ordine processus singulari, siue

ββ) propter iudicem inhabilem cognoscendae causae connexae, siue

γγ) propter ius de non euocando, quod in primis ratione concursus in diuersis territorii obtinet, quod roborant decisiones.

§. XIX. His adnexa

III. Conclusio §. XIX.

Q. D. B. V.



Q. D. B. V.
EXERCITATIO IVRIDICA
S I S T E N S
SICILIMENTA
D E
FORO CONTINENTIAE
CAVSARVM
E X C O N N E X I T A T E

ad L. 10. C. de Iudiciis.



§. I.
C ontinentiam causarum et speciale, quod exinde proficiscitur, forum tum caulis respectiue iisdem originem debere tum ex diuersis attamen connexis profilire haud, ita pridem docuimus, simulque peculiaria quaedam capita de illa huius fori specie, quae in identitate causarum fundatur,

Prooemium,
Distinctio
continentiae
causar. in
identitat. et
connexita-
tem,

A

tur,

Thema.

tur, publicae obtulimus disquisitioni, praesertim quantum ad causas attinet priuatas. Quo vero promissis tunc factis rite stemus, primo isti sicilimentorum manipulo alterum iamdum iungimus, in quem conferenda erunt et legenda notatu quaedam digniora de connexitate causarum: qua in re pariter ad priuatorum inprimis attendemus negotia.

§. II.

Pars generalis. Definit. connexitatis causarum

distincta eius origo

tum ex iudicio praeparatorio

tum ex possessorio

tum ex alio praedicio in lite.

Connexitas causarum supponit causas plane diuersas, prout monuimus *Diff. de contin. caus. ex ident. §. II.* id est plura litigia diuersi quidem, sed ita comparata vt alterum absque altero expediri nequeat, alteriusve decisio ab altera pendeat. Hoc autem contingit, quotiescunque vel alterum iudicium alterum praeparat, vel alias graue eidem infert praediciu. Praeparatoriae actiones dicuntur, quae ventilandae sunt, antequam causa principalis tractatur, quum iuxta exitum earum huius institutio sit dirigenda atque determinanda. Referuntur in hanc classem actiones prouocatoriae seu prouocationes ad agendum, actio ad exhibendum et actiones interrogatoriae. Praesertim huc spectat possessorium iudicium, quod praecedere debet petitorium tanquam causam principalem, vt et huius tum propositio in foro tum quoque vterior deductio secundum finem iurgii possessorii est disponenda: quamuis non desint Icti pragmatici insignes, singularem efficientes speciem connexitatis causarum ex ordine tractandi possessorium et petitorium atque peculiari fundamento assignato eam distinguentes a continentia causarum ex connexitate tum actionum praeparatarum atque principalem, tum aliorum litigiorum propter praediciu, quod alterum alteri infert, coherentium. Posteriori autem connexarum causarum classi, quae extra praeparatoria iudicia ob illationem praedicii alius coniungendae sunt, adnumerantur capitula litis accessoria, quae vulgari adpellatione punctorum incidentiae venire solent, dein praeuentio et litis pendentiae, arrestum,

arrestum, litis denunciatio, interuentio, concursus creditorum, criminalis atque ciuiliſ causae, itemque ecclesiasticae et saecularis concursus et vltimo tandem loco mutuae petitiones. Singula vero adducta capita vt seorsim dispiciantur, ideo necesse est, quoniam nimis late patet ambitus regularum, quas intuitu eorundem concipi obseruamus. Figenda tamen sunt generalia themata, ex natura connexis causis omnibus communi elicienda, quo faciliori negotio specialia dein possint disquiri.

§. III.

Ea ipsa, quae initio §phi II. suppeditauimus, momenta, Indoles generalis connexitatis de quibus vniuersalem omnium iurisperitorum consensum esse constat, satis arguunt, connexitatem causarum nec requirere plures reos diuersorum iudicum potestati submissos ex eodem negotio in ius vocatos, nec actionem aduersus vnum vel plures reos de re sub iurisdictione iudicum diuersorum constituta motam, ex quo patet differentia eius ab identitate causarum. Contingere quidem potest certis de continentia causarum inspectionibus positis, vt vna alteraue harum circumstantiarum connexis quoque accedat causis. Verum haec neque absolutae necessitatis lege ita sese habent, sed in specialibus tantum visionibus nonnullis occurrunt, neque ideo connexitatem causae in identitatem mutare censendae sunt, quum potius iudicandae sint iuxta normam, quae intuitu causarum connexarum harumque variam indolem obtinet. Liquet exhinc porro, connexas causas in vno quidem eodemque foro esse ventilandas, hoc autem non esse forum commune superius, vtpote quod iurisdictionem diuersam supponit. Fundamentum vero connexitatis causarum generale et fundamenta communia. consistere in euitanda contentionum forensium multitudine, et in eo, quod sumtibus sit parcendum, qui eiusmodi quoque litium scissione facta nimis auergerent, natura rei docente perspicimus. At caue existimes, has solas in casibus fin-

gulis subesse rationes: vbi specialiora argumenta ad forum illud fundandum suppetentia quarumuis materiarum huc spectantium distinctior scrutabitur meditatio. Facillime demum intellexeris ex dictis *Spbo praeced.* aequae ac *hac*, non incongruam esse adpellationem, quae ICTis quibusdam pragmaticis arrisit, *connexitatis rerum vel processuum*, vti deprehenditur apud GEORG. BARTHIVM a).

§. IV.

Axiomata.

Ex indigitata connexitatis causarum indole perspicienda sunt axiomata I) quod in eodem foro sint tractandae actiones diuersae, sed quae eius naturae sunt, vt altera absque altera expediri nequeat, dein II) quod forum illud speciale tam in prima quam in secunda seu appellationis instantia sit attendendum: ex aduerso quod III) vsu idem destitui merito sit censendum, vbi natura causarum ei obstat. Hoc autem fit α) si series disceptationibus forensibus in iudiciis quibusdam statuta aliud suadeat, nec non β) si iudicium quoddam sit incapax decidendae causae connexae atque γ) si praedictum inferretur potestati territoriali. Quaecumque horum momentorum eo, quo proposita sunt, ordine figillatim erunt dilucidanda.

§. V.

Pars specialis.
Disquisitio
axiomatis I.
de ambitu
huius fori.
De actionibus
praeparatoriis.
de prouocatione ex L.
Diffamati
casus 1. obia

Quum inter praeparatorias actiones primario conspiciantur loco prouocationes ad agendum, operae vtique pretium est naturam harum perpendere eatenus, quatenus inde statuendum est de pondere argumentorum, vnde connexitas causarum ex hoc capite efficitur. Quod igitur attinet ad prouocationem ex *Lege Diffamari C. 5. de ingenuis manumissis* vel processum diffamatorium, opus est, vt diuersarum, quibus iudicio hocce experiuntur diffamati, visionum distinctam ineamus rationem. Altero enim casu diffamanti actionem aduersus diffamatum iactanti iurgium mouetur, quo ille vel ius suum

a) *Hodeget. Forensf. Cap. 1. §. 3. p. 22.*

suum in iudicio deducat vel eidem auctoritate iudicis silentium iniungatur perpetuum: sub qua inspectione simul comprehenditur prouocatio eius, qui ius, quod alter exercet, sibi competere adstruit. Hoc omnino casu fatentibus ICTis pragmaticis in eodem foro ventilari potest vtraque actio, praeparatoria scilicet ac ea, quae primarium conficit iudicium: siquidem diffamatus, prout forensi dicendi genere audit, diffamantem ad id prouocat, vt ius, quo se gaudere venditat, vel rem, quam sibi deberi autumat, legali persequatur disceptatione; hanc ipsam vero diffamans seu prouocatus, si diffamationem fateatur vel eiusdem conuictus sit, inchoare tenetur, perpetui alioquin silentii necessitate adstrictus. Tunc ergo in causa principali prouocatus actoris, prouocans ex aduerso rei fungitur vicibus, b) neque in propria significatione quadrat in prouocantem actoris adpellatio, si scilicet terminum pro ratione artis forensis simulque doctrinarum iuridicarum, non vero in sensu grammatico accipias. c) Quum autem prouocatus, si rem ex iustis diiudicemus principiis, vere agat, planum est atque perspicuum, quod iuxta regulam ordinariam et hic sequi teneatur forum rei: vnde facillimum est ad perspicendum, quod prouocanti, qui proprie non agit, sed aduersus quem actio est instituenda, liceat prouocationem exponere coram iudice suo d), quo hic mediante citatione per requisitoriales facta prouocatum ad respondendum constringat; e) nec opus inde esse patet, vt absolute prouocatio fiat coram iudice prouocati. Certe pragmatici prouocationem iudici cuiuscunque alias prorsus incompetenti exhiberi

actitatem actionem vel ius aliud praetensum.

restringitur connexas cum actione principali.

et similia

A 3

- b) ILLVSTRISSIMVS L. B. DE COCCEII in opere summo *Iur. Civil. controu. Lib. V. tit. 1.* MENCKENIUS ad *Processum Disp. II. th. 22.* GRIBNERVS *Princip. Proc. indic. Lib. II. cap. 8. B. D. N. GASSERVS Post. pract. cap. XXIX. post. 4.*
- c) NOB. DN. A BERGER *Elect. Proc. Prouocat. pag. 225. laudatus BARTHIVS l. c. cap. 1. §. 16. p. 50.*
- d) ZIEGLERVS *Introduct. ad Proc. cap. 1. §. 11.*
- e) GEORG. BEYERVS *Post. ad Pand. Lib. V. tit. 1. th. 37. 1.*

beri posse afferunt. f) Minime vero ex his inferendum est, quod necessario sit instituendus processus prouocatorius in foro prouocantis tanquam futuri rei, ceu quidam saniora principia practica caeteroquin callentes existimant. E contrario prudenti consilio nonnunquam fit prouocatio in foro prouocati petitione ad id directa, vt imponatur prouocato editio actionis, quam iactauit, intra certum temporis spatium sub silentii perpetui praeciudicio facienda in foro prouocantis. Nam obuianitur hoc modo ambagibus citationis mediatae et mouendis a prouocato calumniis studente tritici de foro prouocationis competente, quale hic ex grammatica significatione actoris et rei, quam nonnulli auctores non adeo commode ad prouocatoria iudicia adplicant, haud difficili negotio eliciet. Quin quandoque ipse prouocans actione eiusmodi praeparatoria per calumniam utitur, quo forum aduersarii interuertat, sibi que partes rei in causa principali tuendae obuenant, quum alias ipsimet fuisset agendum in iudicio, cui paret aduersarius. Neque leuior est abusus, in quem trahitur processus prouocatorius, vbi diffamationis factae obtentu prouocatur in fraudem praescriptionis, quocirca iudici pariter ac aduersario circumspeditione vtendum est in tractanda lite praeparatoria. En igitur varia momenta, vnde liquet, forum prouocantis non absolute esse adeundum in processu diffamatorio: qua de re, ne hi, qui rem iuxta vera principia perpendunt, sibi que magis opportunam iudicant prouocationem in foro aduersarii, exceptione fori non competentis repellantur, indulta est diserto quarundam legumtenore libertas prouocandi diffamantem in foro, cui subest, quo litem, cuius mouendae rationem venditauit, in foro prouocantis exponat. Ita nempe sanctio *des Projects des CODICIS FRIDERICIANI Part. III. titul. VII. §. 1.* sonat: *Erslich, wann jemand*

f) VIR PERILLVSTRIS DN. KNORRIVS *Anleitung zum gerichtlichen Process Lib. III. cap. 5. §. 2.* BRVNNEMANN *ad Pandect. Lib. II. tit. 1. leg. 16. n. 4.* MARTINI *ad Process. Saxon. Tit. 1. §. 5. p. 37.* SCHWENBENDOERFFER *ad FIBIG. p. 192.*

iemand sich berühmt, daß er eine Praejudicial-Real- oder Personal-Aktion gegen einen andern habe: oder jemand diffamirt, daß er sich ein Recht anmasse, welches nicht ihm, sondern dem Diffamanten zustehe. In diesem Fall STEHET dem DIFFAMATO FREY, den DIFFAMANTEN in DESSEN FORO ORDINARIO ZV BELANGEN, vnd ihm anzuhalten, daß wann er einige Aktion gegen den Klaeger, oder einiges Recht an die Sache zu haben vermeinet, IN DES DIFFAMATI FORO ORDINARIO KLAGE DIESERHALB in gewisser Zeit ANSTELLEN, oder gewaertigen solle, daß ihm ein ewiges Stillschweigen auferleger werde. Interim in aliis territoriis contrariam sententiam vicissè et legibus confirmatam esse animaduertimus, prout factum in terris Saxoniae Electoralis per *Ordinat. Processi Recognitam de 1724. ad tit. V. §. 6. in fin. verbis*: Zu welchem Ende, und sonst überhaupt, zu Vermeidung allerhand unmürbigen Disputats, wir zugleich verordnen, daß der *Processus ex Lege Diffamari* gleich dem *ex Lege si contendat*, nirgends anders, als vor dem ordentlichen Foro, wo die Haupt-Sache hingehöret, angestellet werden solle. Neque tamen hoc ipso casu, vbi in eodem cum causa principali foro prouocatorium tractatur litigium vel iuxta legum prouincialium cautionem vel ideo, quod eiusmodi dicitur ordinem prouocans magis conducere existimet, causarum inde efficitur connexitas. Etenim tunc praeparatorium iudicium pro singulari atque separata actione et causa haud erit reputandum, quod exinde perspicuum est, quod ne opus quidem sit responsione ad diffamationem et processu diffamatorio vltius proseguendo, si prouocatus statim proponat actionem, quam sibi competere adtruxerat. Quin ibi locorum, vbi prouocatio in foro prouocantis fit, respuunt plerumque nomina *Kläger* et *Beklagter* quoad iurgium praeparatorium. Duo autem animaduertimus momenta in Saxonia Electorali secundum *Ordinationem Recognitam* ita sese habentia, vt inde connexitatis causarum ex processu diffamatorio obtinentis argumenta dicamus. Alterum in eo consistit, quod prouocato diffamationem

tionem factio vel eiusdem factis conuicto integrum fit, deferre mox iusiurandum prouocanti ratione fundamenti actionis principalis, huiusue ipsius probationem suscipere citra editionem actionis aliam. Ita nimirum cautum laudatae *O. R. Tit. V. Spbo 5*: quem admodum *ibidem Spbo 6*. quaerendum est alterum momentorum adductorum, quod haud adeo difficulter perspexeris ex tenore oraculi REGII ipso hunc in modum concepto: *Es ist aber gleichwohl, da der DIFFAMANT zum BEHVFF SEINER INTENTION, IN IVDICIO PRINCIPALI ein INSTRUMENTVM GVARENTIGIATVM IN HAENDEN HAETTE, vnd den DIFFAMATEN wenigstens 4. Wochen ante Terminum zu dessen Recognition CITIREN lieffe, dieser, OHNE daß es DESHALBER eines ABSONDERLICHEN PROCESSES gebrauche, DASSELBE in Termino sub poena recogniti ZV RECOGNOSCIREN schuldig, ALS ZV WELCHEN ENDE etc. verordnan, daß der PROCESSVS EX LEGE DIFFAMARI etc. vor dem ORDENTLICHEN FORO, wo die HAVPT-SACHE hingehöret, angestellet werden solle.* Sane quum pendeant casus eiusmodi cum effectibus suis ex constitutionibus particularibus quarundam regionum, haud erunt extendenda argumenta inde fluentia ad alia territoria, quae dispositionem talem specialem ignorant. Tantum enim abest, vt ex Iure Germanico communi connexitas causae ob diffamatoris prouocationem sit attendenda: vt potius *Recessu Imp. de 1654. Spbo 53. in fin.* Gloriosissimum Praetorium Wezlarientse iubeatur *causam principalem decretis antea processibus de diffamatione, et hac plene probata remittere ad forum, coram quo illius ventilationem indoles vel circumstantiae litis suadent.* Hoc ipsum non impedit, quo minus et in iis locis, vbi prouocatio in foro prouocantis non quidem necessitatis est, nec tamen eandem discrete reiecerunt leges, indeque prouocans suum eligendum esse forum fatius duxit, prouocato exceptionem veritatis obiiiciente simulque actionem, quam sibi competere adfruit, moliente vna eademque sententia interlocutoria ad vitandas litium plurium ambages statuat

tuat iudex de praeparatoria et principali causa, ita nimirum, ut iniungatur prouocato probatio exceptionis veritatis, simulque actionis principalis, utpote quarum vtraque iisdem nititur fundamentis; quod litium recidendarum caput latius explicauit et formularum iudicibus sententiam eiusmodi ferentibus opportunarum specimina subiecit DN. PARENS Praefidis g). Haec omnia vero commodè admodum declaranda sunt ex eo, quod iuxta principia iamiam suppeditata inspectionibus talibus obuientibus vix dici possint diuersae causae iudiciali disquisitioni submittae: vnde nec ex interlocutione iudicis cauta dicto modo concepta formandum est argumentum ad euincendam connexitatem causarum eiusque effectus applicandos. Reste hinc ulterius inferendum, quod compendio sententiae indigitato vti fas sit in illis etiam terris, quarum leges haud admittunt effectus connexitatis causarum ad iudicia prouocatoria extendendos: quod vtile inprimis et obseruatu dignum est in regionibus scepra SACRATISSIMI REGIS PORVSSORVM exosculantibus. Ibi enim *in separato* tractanda est actio iniuriarum, qua permittente COD. FRIDERIC. *Part. III. tit. VII. §. 4. seq.* vitur prouocans pro tuenda famae integritate aduersus prouocatum, qui vel in lite praeparatoria nec in primo nec in prorogato termino se sticit, ideoque decreto iudicis ab ulteriore actionis propositione exclusus est, vel rite comparens in termino diffamationem factam haud inficiatus est, sed veritate sermonem suum niti contendit, dein autem intra spatium menstruum lege et imperio magistratus praefinitum actionem, quam iactauit, in foro prouocantis haud edidit, paremque in modum perpetui necessitate silentii est constrictus. Haec omnia ob identitatem rationum aequè sunt expendenda, si eam ponamus processus prouocatorii visionem, vbi actor iurgium coepit, inprimis reo litem affirmatiue contestato,

restringitur
connexitas
cum actione
iniuriarum.

B

cam-

g) *Meditat. de emendand. lit. protract. circa sentent. interlocut. §. XI. p. 35. seqq.*

eamque ob causam folis adhuc exceptionibus peremptoriis infructo, non profequitur. Ad idem enim hoc redit cum diffamatione, nec minus ac in priori casu interest rei, vt aut pergat in disceptando aduersarius aut fileat.

§. VI.

Casus 2. prouoc. ex L. Diffam ob sparsum finifrum rumorrem

defectus connexitatis.

Alterum nunc obuium deprehendimus casum prouocationis *ex Lege Diffamari*, quem haud raro eodem censent iure cum antecedente, quamuis indoles prouocationum ipsa discrimen clare satis doceat h). Scilicet prouocat aliquando is, quem alter criminis aliusue facti turpis arguit, diffamantem ad id, vt probet intra certum temporis spatium opprobrium silentii perpetui poena alioquin imminente: quo remedio eapropter nonnunquam experiri vtile creditur laeso, quoniam iniuriarum actione non tam innocentiam suam patefieri quam potius aduersarii conamina puniri existimat, quod posterius etiam fieri potest, quamuis ille, in quem conuicia sparsa sunt, factum probrosum vere perpetraverit. Ex fine hocce prouocantibus statuto perspicimus, eandem haud efficere genus quoddam actionum praeparatariorum, siquidem neuiquam eo dirigitur petitio prouocantis, vt prouocatus litem aggrediatur in foro illius ventilandam; vnde liquet simul, non prouocantis sed prouocati forum esse adendum, in quo hic etiam probationem facti imputati peragit: licet intuitu postremi momenti dicta indistincte haud sint accipienda, quum ex processu criminalis, qualem iudicia Germanica obseruant, natura nemo ad accusandum cogatur, sed satis est, si denunciet delictum iudici prouocantis aditis iudiciis, quae ad minimum sufficiunt ad purgatorium iusiurandum huic iniungendum. De eo quidem plerumque quaestio moueri solet, an ad eum effectum continentia causarum oriatur, vt actio iniuriarum contra prouocatum vel non comparentem vel iudicii diffamationis causam probationibus

h) *Conf. B. GASSERVVM Pof. Pract. cap. XXIX. posit. 2.*

bus euincendi non obtemperantem in eodem iudicio exponi possit, imo vt actio haec prouocationi cumulando remedia in euentum possit iungi i). Verum quamquam vtrumque punctum iure ita peragi nullus inficias eam: non diffitendum tamen est mihi, quod effectum talem vix deriuandum arbitrer ex connexitate causarum, vtpote qui potius indole rei ipsius nititur. Quum profecto Iureconsultis forensibus, qui casum huncce prouocationis ex *Lege Diffamari* aequa ponderarunt lance, expeditum iudicetur, quod hoc remedium exponendum sit in foro prouocati, actio iniuriarum vero itidem iudici eius, qui iniuriam intulit, sit insinuanda: sequitur, vt naturalis atque communis litium mouendarum ordo idem hic operetur, quod in quibusdam casibus, vbi plures actiones se inuicem contingentes obueniunt, connexitati causarum debet originem. Quantum ex aduerso ad editionem actionis prouocatoriae et iniuriarum in eodem libello spectat, haec aestimanda est omnino ex doctrinis, quae de cumulatione plurium remediorum atque diuersis eius generibus traduntur: siquidem ea probe discernenda est a causis connexis, nec ab his ad illam nec inuersa vice valet argumentatio. Vnicum subiungo, quod vniuersa haec disceptandi materia cesset in foris Porussico Brandenburgicis, ex quo CODIC. FRIDERIC. Parte III. tit. VII. §. 2. cautum est, vt in casu, quem *§ pto hac* indicauimus, prouocationi locus plane non detur, sed iniuriarum statum conueniri debeat nisi rumoris auctor.

§. VII.

Succedit prouocatio ex *Lege Si contendat 28. D. de fideiuss.* cui nonnulli locum assignant inter fundamenta causarum connexarum. Sed breuibus distinctioris examinis momenti huiusce faciendum est periculum. Competit hoc remedium fideiussori gaudenti peremptoria exceptione creditori

Defectus
connexitatis
in prouoca-
tione ex lege
Si contendat.

B 2

agenti

i) BEYERVS *delin. Iur. Ciu. ad Pandect. Lib. V. tit. I. ibes. 50.*

agenti obmouenda, cuius conditionem deterio-
rem futuram veretur, si moras in actione instituenda diutius ne-
ditor, quem ideo prouocat. Idem sane est, ad minimum pro nostri
instituti ratione nihil refert, an secundum formulam loquendi in
quibusdam legibus obuiam atque ICtis nonnullis k) probatam
adstruamus, vt ad agendum prouocetur, an aliorum sermones
initati ad replicandum prouocatum teneri censeamus. Vtraque
enim assertio indigitat, quod intuitu principalis litigii vices
rei sustineat prouocans; et hinc prouocationem exhibere possit
magistratum suo l), quod et in Saxonia Electorali necessitatis esse
patet ex *Ord. Recognitae* verbis § *pho V.* recitatis. Tunc autem
reperenda sunt quaeuis momenta § *pho V.* ratione prouocationis ex
Lege Diffamari consignata. Liqueat praesertim, fundamentum,
quo superstruitur tractatio disceptationis praeliminaris atque
causae principalis coram eodem iudice, nequam esse quaerendum
in connexitate causarum diuersarum, sed in ipsa praeparatorii
aeque ac primarii iudicii natura. Haud obscuram quoque reor
adplicationem sententiae per compendium nonnunquam ferendae,
quo euitetur inutilis effatorum iudicialium circa idem obiectum
emanantium pluralitas; quamuis iterum cautione opus sit,
ne et hic fallaciam non causae vt causae committamus, ex
connexitate scilicet effectus eiusmodi deducentes. Ibi nimirum
locorum, quae legalem sanctionem, qualem in Saxonica
Electoralis vigentem accepimus, ignorant, ex identitate
rationis cum prouocatione ex *Lege Diffamari* aestimandum est,
quod relictum sit arbitrio prouocantis, vtrum suo an aduersarii
iudici supplicem se fieri magis conducat. Adde, quod prorsus
evanescat species connexitatis causae, si prouocatio co-
ten-

k) GRIEBNER *Princ. Proc. Ind. Lib. II. cap. 8. §. 2.*

l) BERLICHIVS *Part II. decis. 109.* PERILLVSTR. DN. KNORRIVS
Anleitung zum Proc. Lib. III. cap. 5. §. 18. MENCCKENIVS *ad
Process. Disp. II §. 19.* BARTHIVS *loc. cit. cap. 1. §. 10. lit. 2.* CAS-
SERVS *loc. cit. post. 20.*

tendat, vt debitorem principalem in eius foro, non fideiussorem prouocantem conueniat creditor prouocatus, quo facta eius excussione liberetur fideiussor ab obligatione: quod probat *COD. FRIDERIC. Part. III. tit. VII. §. 7.* Etenim hic distinctam quidem satis animaduertimus actionem prouocatoriam a principali: sed quum personae litigantes etiam differant, non possunt non ex indole sua in diuersis hae lites agitari foris.

§. VIII.

Tradidimus *Spho II.* inter praeparatoria iudicia, quae De actione ad ad connexitatem causarum facere dicuntur, actiones quo- exhibendum que conspici exhibitorias. Quodsi vero rectius contemplari studeamus argumentum hoc: discernenda sunt principia fori Romani circa actiones ad exhibendum ab iis, quae noitra foru- uent tribunalia, dein autem iudicium ferendum de adp- ad applica- tione vtriusque generis doctrinarum ad quaestionem in praesentiarum propositam. Opus ergo est, vt varios, quibus actio ad exhibendum vsu apud Romanos commendabatur, casus sigillatim iustremus. Per plures omnino Leges Digesto- casus 1. ad rum versantur circa actionem istam, quatenus praeparatoria praeparanda est rei vindicationis. Etenim exigebat sollempnis agendi for- dam rei vindicationem mula et ritus in lite vindiciarum, vt res, quae petebatur, coram tribunali proferretur, quantum scilicet ad mobiles atti- defectus con- nebat: quum in immobilibus festucae vel glebae tanquam si- nexitatis ex iure Romano gni fundum repraesentantis perhibitio ex indole rei suffecerit. Siquidem re deficiente nec actor formulam: *hanc rem ex iure Quiritium meam esse aio*, nec reus contrauindicatus verba adhibere potuisset: *ego ex iure Quiritium contra eam vindico*, neque tandem vterque rei prehendendae et manuum confertionis occasionem nactus fuisset, quae omnia requirebantur in lite ista expedienda m). Qua de re, vbi reus rem

B 3

vin-

m) FRANCISC. POLLETVS *hisor. for. Roman. Lib. V. cap. 4. p. 429.*
 RAEVARDVS ad LL. XII. Tab. cap. 6. HVBERTVS in *Digressionibus*
Part. I. Lib. I. cap. 4.

vindicandam detinebat, nec sponte in forum deferebat, ad exhibendam eam adigebatur, eumque in finem prodita erat a Praetore actio n). Exhibitio igitur fiebat, indeque actio mouebatur, antequam lis vindiciarum coeperat, dein autem huius posterioris expositio sollempnis in iure seu coram Praetore ante iudicis pedanei additionem sequebatur. Fallunt ergo, qui quoad hanc actionis exhibitoriae speciem secundum leges Romanas connexitatem causarum atque tractationem vtriusque litis, praeparatoriae et principalis coram eodem iudice obtinuisse existimant: quum actione ad exhibendum plene finita in ius demum fuerit ventum ad vindicationem lege peragendam: cuius causa postmodum iudicem pedaneum dabat Praetor. Multo minus autem asserti huius fundamentum subest in foris patriis. Frustra profecto ex *L. 1. D. ad exhibendum* repetunt Icti, pragmatici quoque et inter hos praesertim IO. BRUNNEMANNVS o), dicta de necessitate actionis ad exhibendum, quam tantum inferebat apud Romanos sollempnitas vindicationis, quae prorsus incognita est iudiciis nostris. Certe in his libello vindicatio concipitur, neque, si ore proponatur actio, manuum conferendarum venia datur: utpote quae aut scenam redoleret, aut tumultus prae se ferret speciem. Hinc intelligimus, quod THOMASIVS p), principia nostrorum iudiciorum constantemque praxin STRYKIO pro usu actionis ad exhibendum adstruendo quaedam monenti q) recte obmoueat: quorsum et collineant dicta IO. SCHILTERI r) atque CYPRIANI REGENERI AB OOSTERGA s), qui exhibitoriam actionem separatam adplicatione destituit eamque potius partem rei vindicationis constituere arbitrantur; quamquam accuratius rem

cessat actio in
Germania

con-

- n) BEYERVS *loc. cit. tit. ad exhibendum.*
 o) *Commentar. ad Pand. p. 48g.*
 p) *Not. ad Pandect. p. 137.*
 q) *Vsu modern. Pandect. tit. ad exhibend.*
 r) *Exercit. ad Pandect. XX. §. 97.*
 s) *Censur. Belg. ad Leg. 3. et 4. D. ad exhibend.*

contemplati posteriorem dicendi formulam de sequenti actionum exhibitoriarum genere aptius usurpauerint. Nimirum alia ratione litem praeparatoriam ad exhibendum ordiebantur, quorum res rei alterius erat iuncta, quo ab hac separatur et sic vindicandi daretur copia. Verum, quae de ordine iudiciorum Romanorum ad illustrandum casum praecedentem monuimus, quod exhibitoria actione tantum finita in ius fuerit ventum, dein vero iudex pedaneus addictus, idcoque cessauerit connexitas causarum: ea non minus quoad praesentem visionem in memoriam sunt reuocanda. Quoniam porro fundamentum duplicis actionis, quarum altera ad separationem altera ad consequendam rem ipsam comparata erat, situm fuit in subtilibus fori Latini tricis, quod in Germania formulas et sollemnia istiusmodi ignorante concidit, simulque diuturnitas litium vix suadet remediorum iudicialium multitudinem de eodem obiecto: vtramque petitionem, quam Romani duabus exponebant actionibus, vnus commode complectitur libellus, ita vt in causa petendi actor ius domini vel quasi sibi in re, quae rei alterius iuncta, competens, et ex hoc separationem faciendam tanquam consequens alleget, indeque petat, vt pronuncietur, rem suam a re alterius separandam esse, sibi vero domini vel quasi iure deberi et a reo esse restituendam. Vnde vna tantum lite ferente continentia causae haud poterit effingi. Tertio casu Romani mediante actione ad exhibendum praeparabant actionem ex testamento, qua legatarius optionis iure gaudens experiebatur. Antequam enim posterius litigium inchoari poterat, opus erat, vt exhiberentur res plures eiusdem generis in hereditate subsistentes, quo perspiciat legatarius, quanam ex illis sit optima eamque postmodum petat. At nec hic adfunt principia legitima causarum connexarum. Si quidem quantum ad forum Romanum spectat, iterum dicta praecedentia notasse sufficit: nostris contra iudiciis ambages duplicis processus aequae parum probantur ac antea animaduertimus, sed libello eodem simul supplex fit actor iudici pro

casus 2. ad separationem rei iunctae

defectus connexitatis apud Romanos

cessat actio in foro

casus 3. ad praeparandam actionem ex testamento in legato optionis

defectus connexitatis iure Romano

et nobis actio

pro

casus 4. ad vindicandam rem ab altero detentam et perspicendum, an sit petentis

defectus connexitatis in foro Rom.

et actiones apud nos

casus 5. ad rem testibus monstrandam ostenditur hic connexitas

eadem restringitur

pro decernenda generali exhibitione et speciei eligendae praefatione. Quarto loco is, qui rem suam ab alio teneri suspicabatur et vindicationem eius meditabatur, quum tamen ipsi de eo, an res ab altero detenta ad se spectaret, haud certe constaret, exhibitionem vrgebat, quo copia fiat rem videnti et, an sua sit, perspicendi. Quodsi rectius inquirendum esset in formam actionis huiusce, haud difficulter euincere-mus, eam ratione modi proponendi haud aliter sese habuisse ac in prioribus visionibus: verum in hoc me multum perhibere vix sinit institutum; quod nec eo tendit, vt iustitiam vel aequitatem remedii talis, adeoque adplicationem in iudicii patrii sub censum vocem. Id interim pragmaticis liquet, quod necessitas exhibitionis huius generis, vbi petentis precibus adnuitur, non tam processu singulari disceptetur, quam potius mandatis eadem imperetur ^e). Qua de re hic pariter corrui duplicis causae atque connexitatis notio. Quinta species actionum ad exhibendum apud Romanos aeque obtinuit ac in foris nostris obuenire potest, si nempe durante ipsa lite necesse sit rem exhiberi, verbi causa, si testes ad testimonium rite dicendum rem praesentem conspiciere oporteat: quamvis apud nos actionem separatam idcirco mouere parum opus sit, quum praestet in libello supplice, quo articuli probatoriales vel reprobatoriales offeruntur, simul indigitare necessitatem rei a testibus inspiciendae et petere imponendam exhibitionem. Sane si aduersarius vel alius iudici de causa principali cognoscenti parens rem decerneat, idem quoque iudex mandat exhibitionem atque de causis eiusdem non minus ac de exceptionibus, si quae proponantur, cognoscit, nec negandum est hic subesse connexitatem rerum; quum et natura capitulorum litis accessoriorum idem suadeat. Detentore autem rei alius iudicis imperium agnoscente is a iudice causae principalis cogi nequit ad exhibendum: ideoque, nisi sponte rem in huius iudicium deferat,

^e) STRVVIVS Exercit. ad Pandeñ. XV. thes. 38. SCHILTERVS loc. cit.

ferat, adeundus est magistratus possessoris, saltem per requisitionem iudicis, coram quo lis principalis vertitur, ut coram eo exhibeat: ex quo defectus continentiae causarum rursus intelligitur. Tandem exhibitoria actio Romanis in subsidium haud raro comparata erat, quae tamen neque praeparabat aliam litem nec in eam incidebat: quapropter significationem hancce in praesentiarum haud reor esse discutiendam. Caeterum, quae de usu practico variorum, quae lustrauimus, generum actionis exhibitoriae ad ferendam de continentia causarum inde oriunda sententiam tradidimus, haud abfoluuntur meris ratiociniis: siquidem in argumentis rerum versantes animaduertunt, diuersos istos casus dicto modo esse decidendos. Docet id imprimis DN. PARENS Praefidis in *Notis ad BOEHMERI doctrin. de Action. Sect. II. cap. 2. §. 2. seq.* vbi formulam libelli in quibusdam casibus suppeditat: vnde et summam obseruationum practicarum huc transtulimus.

§. IX.

Interrogatoriae actiones et interrogationes in iure faciendae vulgo quoque referuntur ad connexitatem causarum. At, siue argumentum hoc ex fori Romani, cui proprium fuit, conditione, siue ex praxi tribunalium praesenti aestimemus, neutro casu assertionis istius veritas apparet. Romani certe utebantur interrogationibus in iure partim ad errorem in formula actionis vitandum, partim ne in pluris petitionem prolaberentur, quum antiquo iure vtroque modo peccanti causa esset cadendum u). Dabatur ex responsione ad interrogationem atque confessionem actio interrogatoria x), quam tamen recentioris aevi moribus in foris Romanis haud congruisse vel ex ipsis Digestis satis patet, nec a Iureconsultis historiam singulorum iuris capitum specialem callentibus vocatur in

cessat connexitas in casu 6. actionis ad exhibendum subsidariae.

De actione interrogatoriis et interrogatione in iure

u) POLLETVS *loc. cit. p. 430.*

x) VIR AMPLISSIMVS CAROL. FERDIN. HOMMELIUS *de interrogat. in iure faciend. hodie non sublatis.*

deficit con-
nexitas iure
Romano

convenio
desist
quod de iure
iuribus

reus et
nonne bene
est iudicium
reprobatio

cessat res ipsa
in Germania

ex iure
mendo

horum ex
miserat

Generatio

dubium. Me vero fugit, qua ratione ex interrogationibus ipsis connexitas causarum subnasci dicenda sit eo effectu, vt in eodem iudicio, vbi interrogatum fuit, principalis pariter ventiletur actio, quum non in iudicio sed in iure, id est ante iudicem pedaneum datum, interrogationes fuerint factae: nisi connexitatis vocem ita interpreteris, vt interrogandus fuerit reus coram eodem Praetore, Praefide alioque magistratu, cui alias actio ex responsionis qualitate instituenda erat edenda. Proscriptis etiam subtilibus apicibus formulariae solemnitatis per *Leg. 2. C. de form. et impeir. sublat.* vna cum poena iacturae actionis errantibus imminente, cessanteque eapropter simul distinctione inter Praetorem et iudicem pedaneum, ideoque et inter ea, quae in iure et in iudicio fiebant, dein mutata quoque per constitutiones iuris recentioris dura plus petentium sorte, ne iuxta principia quidem Romanorum ipsa ratio subest praeparandi disceptationem interrogationibus et corrui figmentum causarum ob hoc momentum cohaerentium. Meum tamen iam haud exigit officium, vt in argumento isto distinctius dilucidando diutius verfer: praesertim vbi Praefes in prolixo opere, quod meditatur, et cui titulus erit: *Theodosius et Valentinianus*, illud opportuna magis occasione explanabit. Id saltem addo, quod Germani parum indigeant interrogationibus, quippe qui semper ignorarunt tricas processus Latini ex formulis oriundas, qui porro cumulationem actionum alternatiuam concedunt actori ambigenti, qui tandem haud ineptam censent emendationem immo et mutationem libelli. Accuratori ergo haec ponderanti lance non potest non perspectus esse defectus continentiae causarum, quae ex interrogatoriis actionibus non solum sed ex interrogationibus etiam iniure faciendis deriuatur: isque adhuc magis elucescit, si animaduertamus ad id, quod necessitas edendi titulum reo non incumbat; quin et procurator filci actionem de regalibus instituens haud indiget ambagibus praeparatoriis quaerendi ex reo, quo titulo possi-

possideat, quum eodem actione negatoria vtente reus ipse statim edat titulum exceptiones obiciens.

§. X.

Connexitati causarum possessorii atque petitorii tractationem in eodem foro suscipiendam accensendam esse §. II. retuli: quamvis *ibidem* subiecerim obseruationem de diffensu circa fundamentum huius nexus. Nulla quidem ratione me fugit, in doles circumstantiarum peculiaris, quae in possessorii atque petitorii iudicii nexu obuersantur, eumque a continentia causarum quae ex actionibus praeparatoriis et principalibus in aliis casibus oriunda dicitur differentem arguere videntur. Verum senserit quislibet rem penitus inspiciens, possessorium praeparandae petitioni tanquam iurgio principali inseruire; siquidem disceptatione atque sententia de possessione commoda possessionis pendente litigio figuntur, vt simul effectus inde pendentes, quos quum intuitu lucri fructuum tempore litigii, tum habito respectu edendae actionis, oneris probandi pluriamque aliorum capitum processus intelligimus, leuiori expediantur opera; quin saepe contingit, vt vniuersa de proprietate quaestio fluat ex momentis in possessoria lite discussis. Quum igitur haud aliena deprehendamus a possessorio criteria, quae requirit iudicium praeparatorium iuxta §. II. parum quoque haesitandum esse reor circa confectaria identitatis istiusmodi rationum, quorsum etiam spectat continentia causae illi adplicanda. Ne tamen in disquirendo argumento de connexitate ex possessorii ventilatione meris omnia censere absolueri ratiociniis: legum quoque tenor est ponderandus. In Digestis haud adeo frequentes deprehenduntur textus huc spectantes, quum antiquorum aevo Ictorum distinctionis inter possessorium iudicium et petitorium eum in modum, quo nostra fora illa vtuntur, pauciora profertur argumenta: quamuis haec adstruens haud negem, quod interdicta a Praetoribus impetranda obtinuerint in quibusdam casibus, vbi series iudiciorum hodierna remediorum possessoriorum requirit

C 2

pro-

Connexitas
inter posses-
sorium et pe-
titorium

deducta ex
ratione gene-
rali actionum
praeparator.

ex iure Ro-
mano

textus Dige-
storum exa-
minantur

generatim

speciatim

propositionem; quibus adde, quae in lite vindiciarum antiquissimo aetate usitata huc collineantia obveniunt. Meum interim est, oracula legalia, quae tam ex Digestis quam ex Codice arcessita ad momentum hoc decidendum allegant (Cti y), sollicitè magis scrutari. Scilicet referunt in censum illarum, quae continentiam causarum ex possessorii atque petitorii nexu conficere debent, constitutionem *Legem 37. D. de Iudiciis*: licet ibi sermo tantum sit CALLISTRATO de praemittenda secundum HADRIANI AVG. rescriptionem quaestione de vi atque possessione ante litigii de proprietate mouendi tractationem, adeo ut nec vola nec vestigum adsit decisionis de foro competente factae. Minus apte adhuc assertio vulgaris munitur fulcro *Legis 24. D. de Rei vindicat.* qua CAIVS vnice in eo laborat, ut suadeat his, qui rem quamdam petere constituerunt, possessionis interdicto adipiscendae curam, adiecta ratione a commodis possessionis et inprimis a necessitate agendi in aduersarium deuoluenda ductis; caetera nec de loco nec de ordine cognitionis verba facit. Temere itidem prouocatur ad

L. 37. de Iudiciis

§phum final. Legis 7. D. de liberal. causa. Postquam enim VLPIANVS docuerat hac lege modum, quo fiebant serui hi, qui pretii participandi causa se vendi passi erant, dein definiuerat sortem eius, qui liberum hominem vel scierat vel ex ignorantia tanquam seruum emit, aliaque subiunxerat de proclamationis in libertatem denegatione: fluxit demum regula de vicibus actoris et rei legitime suscipiendis ita concepta, ut seruitute constrictio et ad libertatem prouocanti agendum sit; quum ex aduerso rei sustineat personam, qui libertate fruens ab altero in seruitutem vindicatur. Dubio autem subnato de conditione hominis, vtrum tempore litis mouendae in libertate an in seruitute subsistat, de possessione prius statuendum esse pronunciat Iureconsultus: quo tam actionis, si quam sibi competere arbitretur, institutio quam probandi onus alteri

L. 24. de R. V.

aperte adhuc assertio vulgaris munitur fulcro *Legis 24. D. de Rei vindicat.* qua CAIVS vnice in eo laborat, ut suadeat his, qui rem quamdam petere constituerunt, possessionis interdicto adipiscendae curam, adiecta ratione a commodis possessionis et inprimis a necessitate agendi in aduersarium deuoluenda ductis; caetera nec de loco nec de ordine cognitionis verba facit. Temere itidem prouocatur ad

L. 7. de liber. caus.

§phum final. Legis 7. D. de liberal. causa. Postquam enim VLPIANVS docuerat hac lege modum, quo fiebant serui hi, qui pretii participandi causa se vendi passi erant, dein definiuerat sortem eius, qui liberum hominem vel scierat vel ex ignorantia tanquam seruum emit, aliaque subiunxerat de proclamationis in libertatem denegatione: fluxit demum regula de vicibus actoris et rei legitime suscipiendis ita concepta, ut seruitute constrictio et ad libertatem prouocanti agendum sit; quum ex aduerso rei sustineat personam, qui libertate fruens ab altero in seruitutem vindicatur. Dubio autem subnato de conditione hominis, vtrum tempore litis mouendae in libertate an in seruitute subsistat, de possessione prius statuendum esse pronunciat Iureconsultus: quo tam actionis, si quam sibi competere arbitretur, institutio quam probandi onus alteri

y) BARROSA ad e. 1. X. de caus. poss. et propriet. FACHINEVS controuers. Libr. VIII. cap. 7.

alteri possit iniungi. Singularis igitur hic obuius est casus, quo, ne ex voluntate quidem partium, sed ob id, quod in libertatis causa reipublicae ipsius interfit, ex necessitate afferitur praeparatio actionis per praeiudicialis de liberali causa per iudicium possessorium: quae interpretatio, haud operosa quidem sed ex tenore effati Vlpiani ipso satis perspicienda, indigat in sine discrimen huius visionis a quaestione de possessionis et principalis negotii declaratione connexa. Vitimo ponitur loco inter textus Pandectarum *Lex 35. de acquir. vel amitt. poss.* qua idem VLPIANVS sic dixerit: *Exius controuersiae possessionis hic est tantum, ut prius pronunciet iudex, uter possideat: ita enim fiet, ut is, qui victus est de possessione, peritoris partibus fungatur, et tunc de domino quaeratur.* Difficilis aliquantulum interpretationis est vocabulum iudicis nimis ambiguum; quippe quod aetate quidem ALEXANDRI SEVERI pedaneum designat iudicem, aliquando tamen ipsis commune intelligitur magistratibus. Quanam ergo significatione hic venire vocem istam censuerim? Res dubiis implicita est, quamcunque ponas acceptionem. Pedaneum iudicem intelligi si conicias, obstat interdictorum usus in causis possessionis a Praetoribus ipsis impetrandorum et intetponendorum, indeque pendens defectus iudicis pedanei. Praetorem autem aliumue magistratum hic aduocanti obmoueo necessitatem decidendae causae principalis per iudicem pedaneum ex iudiciorum ordine tunc temporis vigente. Nec est, quod singulare et extraordinarium surrogemus iudicium genus, quale fuit recuperatorum: siquidem hi, ubi ex partium sponione in litem coibatur, instar pedaneorum iudicium ad formulam a Praetore praescriptam in sententia pronuncianda attendebant et parem in modum ut illi officio fungebantur 2). Verum planam esse reor verborum lureconsulti explicationem, si ad eorum tenorem satis attendamus. Etenim pedanei iudicis respectum iniuisse VLPIANVM cenfeo,

C 3 quum

2) POLLETVS *hisor. for. Rom. lib. III. cap. 15. p. 299 seqq. lib. V. cap. 5. p. 442.* alias recuperatorum significationes docet PHILIPP. BROI-DAEVS *ad POLLET. corollar. ad L. III. c. 15. p. 303.*

L. 35. de acquir. vel amitt. poss.

V. 155. p. 1

ii ob 3
Luce. 194

quum historia rei Romanorum iudiciariae doceat, quod in causis possessionem concernentibus Praetor quidem interdixerit, sed reo morem haud gerente et exceptionibus potius se muniente cognitionem possessoriae quoque litis demandauerit iudici pedaneo. Hoc itaque factio nihil magis naturale finique iudicii consentaneum erat ac sententiae dictio de possessione, quam principali disceptationi praemittendam recte monet ICtus. Verba pariter, quae prius hoc effati caput excipiunt, haud probant assertionem, quae ab interpretibus inde vulgo colligitur, quod idem iudex, qui de possessione notionem habuit, principalis quoque controuersiae dirimendae satagere debeat. Indicat potius **VERIANVS** originem nouae litis ex possessorii decisione prouenientis, quae nunc demum apud Praetorem inchoanda. Petitor sane opus habebat impetranda formula actionis, quae a Praetore erat praescribenda, et sic iterum addicendus erat iudex pedaneus, nouaque exigebatur litis contestatio. Quodsi autem Praetorem iudicem de possessione et proprietate scorsim cogniturum vno actu dedisse, merito ob stare arbitror tum formulas actionum cumulationem haud admittentes, tum dubium, quis futurus sit actor, ante possessorii finem adhuc reliquum, ideoque impossibilem formulae simultaneae conceptionem. Immo ICtus ne monet quidem de iudice pedaneo antea cognoscente iterum tractandae quaestioni principali praesciendum. Fortius autem praesidium ex *Codice* suppetit assertoribus connexitatis causarum possessionis et proprietatis: at circumspicione indiget eorum contemplatio, quae eo magis adhibenda est, quo familiaris est commentatoribus leges has, ad minimum quadrigam earum, in significatum trahere prorsus alienum. Abs re profecto textibus caput hoc probantibus adnumeratur *Lex 3. C. de Interdictis*, quippe qua statuunt **DIOCLETIANVS** ET **MAXIMIANVS** AA. possessionis causam prius ventilandam atque de ea decernendum esse, quo postmodum quaestio de dominio legitimo ordine disceptari, et illi, qui in possessorio victus est, probandi necessitas imponi

Leges Codicis perpenduntur generaliter

et sigillatim
L. 3. C. de Interdictis.

ni queat; quibus subiungitur, quod in extraordinariis iudiciis ad exemplum interdictionum agatur, quamuis haec ipsa in causis eiusmodi proprie non impetrent litigantes. Nulla caeterum iniicitur mentio iudicis eiusdem in vtraque lite adeundi: immo recte infero, IMPERATORIBVS, quos lex haecce laudat auctores, nullae tunc fuisse curae determinationem fori competentis, sed seriei tantum cognitionum; quum referant se ad certitudinem eius, quod inculcant, momenti in iure plene expeditam. Ast ex deductis luce meridiana clarius apparet, iure ante hos CAESARES obtinente haud constituisse de connexitate vtriusque litigii, ergo nec ad hanc iterum stabilitam extendenda est mens legislatorum. Vix alia mihi stat sententia de lege 3. Cod. finium regund. quae a CONSTANTINO MAGNO data cauet, vt cohaerente iurgio finali lite proprietatis, primo possessorium extricandum, dein vero agrimensoris opera ad principalis negotii diiudicationem instruendam sit vtendum, poena contumaciae aduersus illum, qui eremodiciam in principali iudicio contraxerit, eatenus adnexa, vt iubente Rectore prouinciae agrimensor vna cum parte praeceptis iudicialibus morem gerente agrorum diuidentium perficere debeat negotium. Expendentem etiam chronologiam legum CONSTANTINI vix fugere potest dispositio de iudice competente omittae ratio; scilicet haud necesse fuit, vt in sanctione hac anno CCCXXX. condita repetantur ea, quae constitutionis sexennio ante emissae, quam sinit L. 10. C. de iudiciis, cautione continentur. Immerito tandem quadrare ad argumentum praefens discutiendum iudicantur binae HONORII AVG. rescriptiones suo fratrisque ARCADII nomine munitae. Alteram in compendio perhibet L. 3. C. quor. bonor. integrum vero oraculum augustale exstat in Lege 1. C. Th. eod. tit. Neutra tamen, neque originaria, neque interpolata constitutio respicit ad nexum possessorii et petitorii ob eandem, quam paulo ante indigitavi, rationem, quia nemini latuit, quis CONSTANTINI M. iustus emanauerit. Praecipit autem HONORIVS maritum ad vxoris

L. 3. C. Fin.
reg.Leges Cod.
eis habent
hanc rase
tamL. 3. C. quor.
bon.

ris defunctae hereditatem, quantum ad possessionem corporum seu patrimonii spectat, amputatis omnibus frustrationibus in consanguineos eius superstites transferendam teneri, *secundaria* tamen vel, prout in *Cod. Iustiniano* legitur, *secundaria actione non exclusa*: id est interdictis maritus est adigendus ad possessionem restituendam, neque tunc admittendae sunt exceptiones, sed haec uti omne ius, quo gaudere se adstruit, remitti debent ad petitorium. *Secundae* vel *secundariae actionis* quoque vocabulum vix aliud quidquam denotat quam eiusmodi causam, quae aliam antea expediendam sequitur, nec requiritur vi vocis, ut sequatur posteriori in eodem, quo prior decisa est, iudicio. Altero sacro affatu HONORII nempe *Lege 14. C. de Agricol. et Censit.* decernitur restitutio coloni fugitivi bonae fidei possessori facienda antequam originis et proprietatis agitur causa, siue ante petitorium infirmandum. Caeteroquin silentii de iudice utriusque cognitionis eodem in hac Lege rationem bis adductam ut tertium exponam, superuacaneum cenfeo. Rectius connexitas causae possessionis et proprietatis ex *L. 13. C. de Rei Vindicat.* et ex *L. 10. C. de Iudic.* euincitur. a) Priori nimirum DIOCLETIANVS et MAXIMIANVS ita fantur: *Ordinarii iuris est, ut mancipiorum orta quaestione prius exhibitis mancipiis de possessione iudicetur; ac tunc demum proprietatis causa ab eodem iudice decidatur.* Ad eosdem quidem adpelli scopulos videmur in lege hac explicanda, quos *supra ad L. 35. D. de acquir. vel amitt. possess.* obuios deprehendimus: sed, quae de illa explananda monui, hic pariter vsu commendantur, nempe intelligendum esse iudicem pedaneum, cui Praetor cognoscendam causam possessionis ideo demandauit, quoniam ipso interdicante alter litigatorum momenta allegauit notionem iudicis requirementia. Quae subiiciuntur de iudice possessori ad petitorium etiam disquirendum constituto,

VIX

a) MEIER, *Colleg. Iur. Argentorat. ad tit. D. de quib. caus. ad eund. iud. eatur.*

vix commodius et indoli processus Romani conuenientius explicari reor quam per iniunctam Magistratui additionem eius iudicis pedanei ad petitionem domini ipsam examinandam, quem antea dirimendae litis praeparatoriae causa dederat. Interim dispositio legis huius, ad minimum verbalis, haud erat vniuersalis, sed adstricta ad casum specialem: quapropter legit CONSTANTINVS in *L. 10. C. de Iudiciis* veltigia antecessorum atque generatim poenali sanctione edixit, ne *L. 10. C. de Iudic.* CONTINENTIA CAUSA diuidatur, atque alius super POSSESSIONE, alius super PRINCIPALI QVAESTIONE IVDIX postuletur. Possessionis vocem per momenti beneficium exponit *Interpres Codicis Theodosiani ad L. 2. de Iudiciis*: quamuis egomet angustiore esse arbitrer hanc interpretis dictionem tenore legis ipsa, qui ob vsum termini *momenti et momentariae possessionis* in *L. 8. C. Th. de Iurisdic. L. 5. C. Th. de Denunciat. vel Edition. rescript. et L. 1. C. Th. vnde vi, imo 102. tit. C. Th. si de momento fuerit appellatum* satis duxerim subscribere IACOBO GOTHOFREDO, b) qui tradit recuperandam possessionem sic insignitam fuisse. Suffragium hanc in rem fert ISIDORVS c) verbis: *momentum quam cito quam statim, saluo negotio reformari*; licet alias ancipiti momentaria causa veniat significatione CASSIODORO d) sequentia ediffrenti: *Si partibus vestris in causa momentaria vel principali iustitiam adesse cognoscitis*. Principalem quaestionem petitorium denotare expeditum est, et sufficit animaduertisse, quod idem frequenter audiat legibus vtriusque Codicis *negotium vel iudicium* absque alia voce adiecta, item *proprietas* nec non *petitio* atque *dominium*, ita vt quilibet posteriorum terminorum pro toto processu in petitorio vsurpetur. Sed his in medium prolatis, a quibus haud diuellenda sunt, quae Praeses ad illustrandam hanc legem obseruauit in *Sicil. de foro continen-*

D
tinent.

b) *Ad L. 8 C. Th. de Iurisdic. Tom. I. Comment. ad C. Theod. p. 95. edit. C. E. LEHERR. DNI RITTERI.*

c) *Origin. lib. V. cap. 25.*

d) *Varior. lib. IV. cap. 4.*

inent. causar. ex identitate, litteralem tantum sacrae auctoritatis CONSTANTINIANAE sensum reddidimus clariorem: superest ut vim eius paucis adhuc expendamus, quantum praesertim attinet ad identitatem personae iudicantis, quam legislator in possessorio et petitorio requirit. Fundamentum ultimum constitutionis illius conditae, quod verisimili admodum coniectura Praeses *loc. cit.* eruit, nempe ampliores limites potestati Praefecti urbis Constantinopolitanae assignandi, huic etiam lucem affundit prohibitori, cuius verba ita sunt intelligenda, ut coram eodem magistratu lis possessoria atque petitio principalis instituat, nec ab alio interdictum, ab alio actionis realis ipsius formula impetretur: quum alias facile contingere potuisset, ut alterum litigium ad Praetorem, alterum ad Praefectum Vrbi, aliumue iure dicundo fungentem magistratum deferretur. Sentimus quoque ex rationum lato ambitu, quod mens fuerit simul IMPERATORII a magistratu eundem pari modo iudicem pedaneum utriusque causae cognoscendae esse praeficiendum, nec partibus indulgendam facultatem, alium finita disceptatione possessoria eligendi quod alias utique licebat, siquidem litigatores in quavis actione interea, quae in iure fiebant, conueniebant de pedaneo iudice, neque tenebantur eum, qui in alio iurgio sententiam dixerat, cognoscentem inuiti iterum cooptare.

§. XI.

Haec de iudice possessionis et negotii eodem ex iuris Romani dispositione. Praesto sunt nunc sacri iussionum PONTIFICIARVM eam in rem concinnatarum apices, quos veneratur EMANUEL GONZALEZ TELLEZ e). Verum acrem hunc inquisitorem quandoque nimis lenem fuisse obseruavi in venia vulgari doctorum allegationi danda. Inquiramus igitur in capitum, quae omnis interpretum turba adpellat, genuinam sententiam. Silentio autem in genere praeterrehendum non est, quod cunctae PAPA RVM definitiones planae e) ad cap. 1. X. de caus. possess. et proprietat. Tom. II. Comment. ad Decretal.

Perpenditur
haec connexitas
ex iure canon.
Obferuat generalis

planæ magis sint et opportunae inuestigantibus, quam ignorantie aeuum istud, quo confectæ sunt, tricas fori Romani antiquioris, anxietatem puta circa formulas actionum et sollicitum discrimen inter Praetorem aliumue magistratum iure iudices dandi pollentem atque iudices pedaneos, simulque inter ea, quæ in iure et illa, quæ in iudicio iſtebant. Dudum enim ante iudiciales atque legales PONTIFICVM decisiones saluberrimo mandato THEODOSIVS IUNIOR ET VALENTINIANVS III. AVGG. anno aerae sacrae CCCCXXVIII. profligarant e foro mimicam controuersiarum tractationem per *L. 2. C. de form. et impetr. sublat. quæ est L. vn. C. Th. de omiff. action. impetratione.* Hinc facile iudicaueris, quod si multanea litium propositio atque discussio Romanis inepta visa norma decretalium rescriptionum comprobetur. Parum facit, ut ipsam textuum ordiamur resolutionem, ad quaestio- nis de serie cognoscendi possessorii et petitorii *cap. i. X. de Ordine cognition.* quod insignis peritorum cohors huc trahit. Etenim CLEMENS PP. III. responderet consulenti THAD- DAEO Alatrino Episcopo in Campania, quod, quum mulieri actione praeciudiciali vel ad consummanda sponsalia vel affirmati- ua de statu coniugali virum quendam conuenienti (vtrum enim horum iudiciorum fuerit institutum, haud adeo liquet ex au- thoritatis tenore, quamuis prius mihi intelligatur,) opposue- rit reus inductis iam ab actrice testibus exceptionem consan- guinitatis, prius disquirendum sit de veritate exceptionis, an- tequam liti propositæ per sententiam imponatur finis, siqui- dem incongruum foret pro matrimonio ferre sententiam, quæ mox irrita redderetur per sequentem de consanguinitate, quæ matrimonio impedimento foret, decisionem. Perspicit quisque, ineptias egisse GONZALEZIVM cum schola cano- nistarum de possessionis et proprietatis causa ab vno eodem- que iudice discernenda hunc PAPAË sermonem interpretante. GREGORIUS M. ex aduerso in responsione ad FELICEM SI- CILIAE DVCEM disertis verbis de necessitate possessorii coram eodem tribunali ventilandi sanxit, quarum litterarum pars in

D 2 Iure

c. 1. de caus. iure canonico exhibetur, scilicet in capite 1. X. de caus. poss. et propr. *sess. et propriet.* Caue autem, iudices, PAPAM singulare

quid statuisse, vbi eum in modum respondit; quum totam attente perlegenti rescriptionem, quae est inter epistolas GREGORII M. *Libr. VII. indidion. 2. epistol. 102.* liqueat, enunciatiua esse verba PONTIFICIS atque relatiua ad ius civile, siquidem hoc indicant sequentia: *quia LEGALI PROVISIONE decretum est, tam MOMENTI quam PROPRIETATIS causam in VNO EODEMQUE IUDICIO debere cognosci, nec contra inaudiam partem aliquid possumus definire.* Nimirum

obtemperaturus tantum constitutioni CONSTANTINIANAE PONTIFEX adplicat regulam ad casum propositum iurgii inter FELICEM DVCEM SICILIAE et actores ecclesiae Syracusanae de bonis, quae DVX sibi erepta conquerebatur, exorti, quod coram electis cognitoribus ventilari et hos vtramque causam cognoscere ac definire iubet PAPA, ceu percipimus quum ex *citata epistola* tum inprimis ex litteris a GREGORIO huius rei ergo ad IOANNEM I. Syracusanum Praefulem perscriptis in *epistol. 105.* Prouocauit porro ad ipsas

c. 3. eod.

CAESARVM sanctiones COELESTINVS PP. III. in *cap. 3. X. eod. tit.* respondens quaerenti ALANO Decano Rothomagensi in Gallia, vtrum iudicibus ad cognoscendum de possessione et principali causa deputatis liceat, quo sumtibus parcant, vtramque quaestionem *commixtam* sub examen vocare, attamen prius attestaciones de possessione audire et iuxta easdem ferre sententiam. Duxit vtrique, recte haec ita fieri, addens, *cum hoc sit in iure civili expressum*: quamuis erroris arguendus sit ob leges Romanas male intellectas, vtpote quae tantum statuerunt tractationem vtriusque litis in eodem foro, nec tamen adiecerunt expressè facultatem simultaneae disquisitionis. CUIACIUS f) quidem haud discrepare censet ius CAESAREVM atque PONTIFICIVM, quam viri antiquitatum iuris peritissimi hallucinationem valde miror, quum tempore DIO-

CLE-

f) Ad hanc text. vid. EIVSD. *Libr. VII. obseruat. cap. 28.*

CLETIANI et MAXIMIANI non minus ac CONSTANTINI M. impossibilis fuerit coniunctio causarum propter usum necessarium formulæ actionis et sententiæ, quæ ratio cessauit post THEODOSIUM et VALENTINIANVM. PAPAE igitur error ita est conciliandus, vt ipse historiae rei iudicialiæ Romanorum et Chronologiae legum ignarus dispositionem antiquorum mandatorum accepisse censeatur secundum principia forensia sua ætate vigentia. En igitur miræ difficultatis caput, quale præter *Glossam Iuris Canonici* agnoscunt CUIACIUS, MERILLIUS g) et GONZALEZIUS cum aliis, explanatum nodosque Gordios solutos non disruptos. Simultanea possessorii et petitorii deductio in iudicium recte non minus procedit secundum tres INNOCENTII III. decretales, quæ sunt *cap. 4. 5. et 6. X. de caus. poss. et propr.* At istud caput agit de electionis Canonici defectu, tanquam petitorio, et de iure possidendæ præbendæ vna actione consignatis; illud autem de remedii possessionis recuperandæ vel adipiscendæ iuste facta propositione post inchoatam, immo maximam partem peractam causam principalem, facta nondum renunciatione vel conclusione; hoc demum de sententiæ vtramque litem decidentis pronunciatione et executione. Argumentum itaque non solum ducitur ex textibus hiis ad efficiendam identitatem iudicis in petitorio et possessorio, verum ea implicite quoque ibi adstruitur: quamquam pro necessitate istius momenti demonstranda vix acute allegentur hæc capita, utpote quæ non clare satis cauent de adeundo eodem iudice, neque verbis concepta sunt dispositiuis sed enunciatiuis modum, qua lis iamdum in iudicium deducta est et feruet, indicantibus. Nihil etiam refert, an capita hæc ad confirmandam assertionem necessitatis eiusdem iudicis facere arbitremur, vbi ex *cap. 1. et 3. X. eod. tit.* abunde sensimus stetit ea in causa PONTIFICIS dispositioni iuris ciuilibus. Haud abfimile ferendum est iudicium

D 3

de

g) *Observat. Lib. II. cap. 38.*

c. 36. X. de
Testib.

de cap. 36. X. de Testib. et attestat. quod itidem praesidio esse contendunt doctrinae de inseparabili quoad forum competens quaestione vtriusque nexu. Hoc sane rescripto INNOCENTIVS III. PONT. MAX. Priorem Monasterii S. VICTORIS Lutetiae Parisiorum designat commissarium ad audiendam atque decidendam litem inter Abbatem ac Monachos S. DIONYSII atque Abbatissam et Moniales Forcellenses seu Festellenses subortam, praescriptis quibusdam ordinis cognoscendi capitibus, quorum disquisitio mei iam non est officii. Subnechit tandem, quae huc maxime spectat, necessitatem prius statuendi de possessorio iudicio, quo Moniales post inchoatam dudum disceptationem principalem experiri fatius duxerant, dein autem in proprietatis causam inquirendum et eam terminandam esse ait: nisi eousque iam expedita sit petitio ipsa, vt sententia idcirco possit pronunciari, vtpote quod v casu eadem decisione iurgio vtrique imponi iubet finem. Suoq; peruacaneam fore censeo prolixam deductorum principiorum repetitionem: vti nec illa, quae de praecedentium casu pitum interpretatione monui, rursus recitanda erunt in explicando capite 2. X. de capell. monach. Siquidem nemo inficias ibit, implicito et enunciatiuo sermone ibi contineri quaedam adstruendae connexitati causarum, immo potius simultaneo processui possessionis et proprietatis defendendo ac commodam; quin ipse PONTIFEX in fin. textus vtramque causam simul ita discussit, vt in petitorio de scrutinio et baptis mate Ecclesia S. CAECILIAE vicerit, ea vero causa ceciderit quoad possessorium de iuribus Capituli aduersus Ecclesiam S. LAURENTII de Piscinula. Adplicandae sunt extremo loco suppeditatae obseruationes ad clement. vnic. de caus. possess. et proprietat. quae adpellato Papali oraculo parti prouocanti aequae ac aduersario indulget facultatem non petitorio tantummodo verum et possessorio experiri, additurque, suspendendum esse negotium primum, a quauis parte coeptum, si spoliū concurrat et huius solius pertractandi esse sat agendum.

c. 2. X. de ca-
pell. monach.

clem. vn. de
caus. poss. et
propr.

§. XII.

§. XII.

Congruunt cum ciuilibus iuris atque canonum norma, quantum attinet ad caput de connexitate iudicii de possessione et litis principalis, leges prouinciarum Germanicarum atque tribunalium concordat vltus. Praeclarum praesertim fuit huius rei documentum *CODEX FRIDERICIANVS Part. III. tit. 2. §. 23.* vbi causis ad cognitionem Perinolyti Praetorii Marchici spectantibus adnumerantur ea litigia, quarum separationi commodae obstat connexitas causae, et occurrunt verba sub *num. d. das Possessorium ziehr das Petitorium nach sich.* Facit ad hoc explaandum adhuc magis vtriusque huius iudicii cumulatio eatenus permisa, quatenus non adest contrarietas ex diuerso procedendi modo, quem illa nonnunquam requirunt, vel exinde oriunda, quod remedium retinendae possessionis supponat actorem possidentem, actio realis ex aduerso ab eo sit instituenda, qui possessione non gaudet. Verum et hoc limitandum est quoad possessorium retinendae ordinarium ab eo propositum, qui in possessorio summario causa cecidit, et sic reuera non possidet. Quotiescunque ergo is, qui haud possidet, vtroque remedio sibi vtendum esse existimat, nec series iudiciorum aduersatur, aptissime eodem libello fundamentum commune exponitur et peti potest, vt ius reale actori competens sententia declaretur, vel ad minimum pronuncietur de possessione, si nimirum huius causam prius planam fieri contingat. Recte igitur petitorium absorbere possessorium dici sentimus, si de vtroque simul constet: quamuis haec pro meo saltim sine hic notari velim, nec mihi incumbat deductio necessitatis, qua iudex ad id aliquando constringitur, vt de vtroque eadem sententia distincte pronunciet. Adicio porro ad nexum hunc vltius ostendendum, quod iis casibus, vbi cumulatio haud est facta, immo possessorio summarissimo, prout vocatur, tantum in iudicium deducto, excipiens reus autem petitorii simul cognoscendi materiam offert, iudex prudenter ad vtrumque respiciat: vt et quod

actore

Consensus
legum pro-
vine. de hac
connexit.

et iuris Bran-
denburgici

eadem euin-
citur ex cu-
mulatione
vtriusque
iudicii

et ex com-
pendio in
sententiis de
possessorio.

actore in possessorio ordinario titulum desuper demonstrante, reoue excipiendo titulum docente haud abs re de principali causa statuat iudicans. Diferta cautione CODICIS FRIDERICI. *Part. III. tit. VI. §. 20.* haec ipsa comprobantur: quo pulcherrimo legum sapientissimarum exemplo iniungitur pariter obligatio ad cumulandum possessorium ordinarium et petitorium sub poena illius prorsus reiiciendi, si in summariissimo binis iudicium effatis victus eo velit uti: sicut iudici etiam imperat SACRATISSIMVS LEGISLATOR, ut possessorio in fituto et petitorio vel ab agente vel ab excipiente coniunctim proposito de hoc caeteris paribus sententiam ferat, quamuis in possessorio tantum sub miserint partes *ibid. Part. IV. tit. III. §. 10.* Ultimo tantum addenda videtur loco ad argumentum, quod scrutatur, illustrandum observatio DN. PARENTIS h). Praefidis de momentis in petitorio probandis definiendis, onere probandi alteri parti imponendo atque praefigendo hunc in finem termino per sententiam de possessione: quod obtinet non solum si actionis propositio ipsa adid fuerit directa, verum quoque si de possessione vnice fuerit disceptatum; quo scilicet obuiam eatu protractionibus variis litis principalis, quae hac ratione reciduntur ab interloquente.

§. XIII.

De connexi-
tate ex illa-
tione praeiu-
dicii

in capitulis
litis accessor.
generatim,

Praeter eas, quae praeparando ad primarias lites extricandas multum faciunt, disceptationes connexitatis causarum docente §. II. aliae adhuc dantur causae, quae ita inuicem cohaerent, ut altera inferat alteri praeiudicium. Hunc in censum primario referenda sunt loco capitula litis accessoria vulgari adpellatione punctorum incidentium insignita. Subscribendum profecto arbitror esse iis, qui diuelli haecce capita a principali processu haud sinunt, nec tamen connexitati causarum vnice tribuendum esse hoc iudicauerim. Saepius nempe tractatio istorum momentorum in eodem cum causa prin-

h) *Medit. de emend. lit. protract. circ. sent. interloc. p. 39.*

principali foro ex connexitate deducitur, vbi longe faciliori opera ex iudicii vnus eiusdemque serie est deriuanda. Infinita in quacunq[ue] processu parte, scilicet in praeliminari seu praeparatoria, deinde in principali seu probatoria, porro in parte remediorum, tandem in executione, huiusmodi momentorum occurrunt exempla, quae interlocutionibus, decretis atque mandatis iudicum sunt determinanda et spectant ad rem principalem dilucidandam; quin haud raro compendio vtitur prudenter iudicans, quo eadem fidelia duos dealbet parietes simul discernens caput peculiare et negotium principale. Parum sane refert in plerisque, vtrum ex communi procedendi ordine, an ex litium incidenter tractandarum indole ea perpendam; quamuis quilibet attentio rem contemplatus animo perspexerit, posteriori modo lites saepe amputari, si nempe in iisdem scriptis causa principalis et accessoria deducantur, de vtraque iudex simul interloquatur et probationem vtriusque articulis iisdem tam iudex quam partes curent peragendam. Latius versarer in his explicandis, immo casibus singularibus fulcrum dictis adderem, nisi faciliora sint ea ad intelligendum, quantum ad nostri distinctiorem pertinet argumenti exactionem. Nec dubia mens est sanctionum talia continentium argumenta, neque defunt inter commentatores, qui in his clarioribus reddendis operam collocarunt: me vero consilium saltem cepisse sicilicet colligendi et praetermissa supplendi pluries indicaui. E re nihilofecius videretur esse subiunctio analectorum quorundam, quae praesertim ad applicatione in contrahendis disceptationibus forensibus haud destituuntur. Praeiuudiciales de statu personarum actiones, quas distincto alias ventilari posse processu nullus inficior, in per pluribus visionibus partem litis alius, siue realis siue personalis, constituant, et hinc incidenter de iis est quaerendum. Nec tamen sequitur, quod statim indigeamus separata tractatione, et quod iudicium personale siue reale sit differendum vsque ad finem causae praeiuudicialis: sed respiciendum est ad id, vtrum actoris fundamentum agendi in statu quodam

concoctis
ni oibus
ob zitionem
poholito

observatio-
nes speciales
de connexi-
tate actio-
num praeiu-
dicial. inci-
dentium

E dam



dam positum sit, quod in hereditatis petitione, retractu aliisque obuenire potest iudiciis, atque tunc reus litem contestatus statum negauerit, an vero reus statum pro fundanda exceptione allegauerit, an replicae eidem sint superstructae, an demum de statu et alia actione connexa simul moueatur controuersia, prout in praediis seruilibus haud raro fieri constat, vt de statu rustici et conditione praedii simul disceptetur. His enim casibus quaestio de statu pertinet ad thema probandum et reprobandum in causa principali, indeque dependet quidem huius decisio, sed eadem est indoles illius ac reliquarum circumstantiarum libelli, quas reus inficiatus est, vel exceptionum et replicationum. Fluunt hinc perplura confectaria, quae in causis commodius disquirendis admodum utilitatis praebent, difficilium tamen elicienda sunt ex doctrina de connexitate. Opportune pariter hunc in modum agi potest de restitutione in integrum tam propter minorennitatem quam ex alio capite impetranda; quippe cuius causa incidenter et in iisdem cum negotio principali scriptis potest ventilari, ita vt ad eam simul dirigantur articuli probatorii et reprobatorii tanquam ad fundamentum agendi, excipiendi vel replicandi. Haud absimile ferendum est iudicium de validitate vel rescissione transactionis, vt et de vi et efficacia iurisiurandi, de quibus incidenter nonnanquam disputatur; quin ad has regulas alios adhuc exigere casus perquam facili negotio quisque perceperit. Haec omnia igitur optime concordant cum legibus ipsis, immo haud parum illustrant MARCELLI dicta in *L. 30. D. de iudiciis*, qui docet *finem accipere debere iudicium, ubi semel est coeptum*: licet non possum non in transitu adnotare, me ICTI verba de necessitate eiusdem iudicis pedanei per integram cognitionis seriem retinendi interpretari, et ea, quae vulgo legis istius fulcro muniuntur, asserta ex ratione tantum oraculi deriuare. Tradunt insuper praefules interpretum et inter eos FRIDERVS I), quod ex con-

de poena testis falsiloquentis in foro causae principal.

i) *De continent. caus. cap. VI. num. 52.*

nexitate causarum reddenda sit ratio, cur testis falsi elogii reus coram iudice causae, ubi testimonium fuit dicendum, quantumvis caeteroquin incompetente, mendacii teneatur lue-re poenam. Recte quidem pro rei ipsius veritate euincenda in subsidium vocant ZENONIS IMPERATORIS auctoritatem in *L. 14. C. de Testibus*: at in eo assensum non praebeo, quod ex natura capitulorum litis accessoriorum hoc momentum sit ponderandum, utpote quod haud concernit personas litigantes: siquidem longe planius fundamentum adest testium falsiloquentium a iudice causae primariae coercendorum, nempe forum delicti. Sed adplicatione carebunt haec, quotiescunque scilicet delinquens intra limites iurisdictionis, ubi falsum admisit, haud amplius deprehenditur, et magistratus eiusdem ordinarius exhibitionem recusat, ipseque inquisitionem instituit; quin et concidit regula, si testis adeo grauius peccarit, ut cognitio et poenae determinatio excederet fines iuri a iudice causae primariae dicundo praefritos, quod vel ab initio statim liquet, vel in progressu, vel in fine inquisitionis demum adparet. Isto casu mox denunciandum est periurium et falsiloquium iudici criminalem iurisdictionem exercenti, illo autem et hoc casu ad eundem causam remittenda, quo vel pergat in inquirendo vel finita iam cognitione poenam decernat; id quod non minus obtinet, si testis falsi reus ipsi magistratui causam principalem diiudicanti in ciuilibus pareat. Neque silentio praeteruehendum, quod quam saepissime ne delicti quidem forum adsit intuitu testis extranei, quum plerumque mediante requisitione a suo examinatur iudice. Tandem de aduocati honorario iudicem litis principalis ob connexitatem statuere posse existimant. Sane hoc facile largiendum esse censeo: sed per se patet, iudicem istum optimam ferre posse de causidici opera sententiam, et ansam praebere litibus ferendis, si patrono in alio foro separata actione compensatio laborum sit exigenda; quibus addo, quod alii id ipsum argumentum ex principis de foro contractus forsitan sint definituri.

de exactione
honorarii ad-
uocat. in eod
foro.

§. XIV.

Connexitas
interuen-
tionis

Fluit pro parte ex generalibus monitis de connexitate capitulorum accessoriorum cum lite principali aliarum quarundam inspectionum, in quibus itidem continentia causarum subesse dicitur, explicatio, quas ipsas iam recensuimus §pho II. Interuentio praecipue in hanc refertur classem, de qua tamen pauca notanda veniunt secundum nostri rationem instituti k). Ea nimirum vel est principalis, qua interueniens ius suum tanquam diuersum a iure vtriusque litigatoris contra vtrumque persequitur, et sic tertiam constituit partem, vel est accessoria, qua quis alteri disceptantium assistit. Priorem si ponas visionem pendens scilicet litigium, adit interueniens forum, in quo causa iam iam agitur, quo duplex immo aliquando triplex processus atque decisiones sibi inuicem contrariantes euitentur, dein generalis regula de actore forum rei sequente ad interuenientem quoque quadrat et plerumque verum continer fundamentum, ex quo descendit identitas iudicii. Accessoriam autem interuentionem proponens litem secundum leges non tantum sed natura ipsa satis indigitante ibi suscipere tenetur, vbi deprehenditur tempore accessionis, et ex his perspecta sunt omnia, quae obscurius aliquando interpretes ex nexu litium argumentantur. Nititur litis denunciatio 1) iisdem cum interuentione accessoria principiis, si reuera succurrat auctor denunciati: hinc iterum in iudicio, vbi lis pendet, in auxilium reo est veniendum. Minime autem sequitur, vt, si denunciatus neglexerit defensionem, actio, qua denunciatus regressum persequitur et indemnem se praestari vult, sit etiam in iudicio, in quo causa ipse cecidit, quum potius iterum

litis denun-
ciationis

k) Caeterum vide MARTINIVM, MENCKENIVM et ZIEGLERVM ad tit. XV. Ord. Process. Saxon. Elector. BARTHIVM Hodg. Forens. p. 444. §11.

l) Conf. PERILLVSTR. DN. KNORRIVS in luculento et praeclearissimo opere der Anleit. zum gerichtl. Proc. L. II. cap. 22. BERGERVS Elect. Disc. forens. p. 454. RIVINVS Enunciat. iur. titul. XIV.

iterum sit standum normae generali de foro rei, qualis tunc fit litis denunciatus, adeundo. Concurfus creditorum itidem ad interuentionis fundamenta redit, vbi quilibet creditorum de peculiari et proprio commodo ab eo, quod omnium reliquorum litigantium interest, differente disceptat. Id interim, tanquam singularis effectus connexitatis, praetermitti haud potest, quod in foro concurfus omnes actiones etiam de rebus alius iudicis iurisdictioni subiectis sint ventilandae, ideoque omnia bona debitoris ad massam concurfus remittantur: quod ferme communi legum suffragio stabilitum est, maxime autem in terris Brandenburgicis attendendum, siquidem sancitum est CODIC. FRIDERIC. *Part. IV.* vt moto concurfū quaecunque litigia in aliis foris contra debitorem communem coepta in iis cessent et ad forum concurfus transmittantur, neque vlla actione debitor extra hoc iudicium conueniatur. Certe hac ratione apprime commoda obuiam itur difficultatibus, quae alias in cognoscendo pariter et exequendo imminerent iudicibus aeque ac creditoribus concurrentibus.

et concurfus
creditorum

§. XV.

Transeo ad praeuentionem et litis pendentiam, quae fundamentis causarum connexarum adscribi solent, nec abs re ita iudicari mihi videtur, si accuratori lance ponderemus momentum atque veros a falsis et commentitiis discernamus effectus. Patrocinatur eiusmodi nexum vrgentibus ratio legis 30. *D. de Iudiciis* iamiam citatae, quod iudicium finendum sit, vbi est acceptum. Faciunt ad eum deducendum vniuersa procedendi series, et suffragantur leges singulorum territoriorum, quae nonnunquam speciales addunt litis pendentiae causas, vti in Saxonia Electorali *Ordinationis Recognitionis Tit. I. §. 8.* statutum de monitoriis, quae a iudicio eminentiore, vtpote a Regimine vel Praetorio Prouinciali, emanant, praeuentionis et litis pendentis effectum habentibus. Sed haec, de quibus inter omnes constat, explicatione parum

Connexitas
ex praeuentione et litis
pendentia

general. ob-
seruatio
animaduer-
siones spe-
ciales
de praeuent.
per monito-
ria in Saxonia
Electo.

de spurio litispendentiae casu, si de diuersi eiusdem pacti vel transactionis capitibus agatur, qui proponitur

et praeiudicio illustratur

indigent prolixiore, et pro instituti ratione sufficiet obseruasse quaedam de abusu fori continentiae causarum hic aequae ac in aliis casibus restringendo: vnde diligenter argumentum scrutatus alia iterum facile collegerit. Scilicet spurius est litispendentiae casus, si de articulo quodam contractus vel transactionis iurgium sit coeptum et aduersarius de alio eiusdem capite agat. Rectissime enim hic, tanquam diuersum prorsus obiectum in litem deducens, in foro eius, qui conuenitur, actionem edit. Secus est, si in lite prius inchoata de tota transactione vel de validitate aut de laesione pacti vniuersum fuerit disputatum, et altera partium denuo in fraudem iudicis vel aduersarii de cuiusdam clausulae specialis transgressione queratur, quippe cui supplicii obstat exceptio dilatoria praeventiois, litispendentiae et inde oriundae causarum connexitatis. Illustrandae huius assertionis gratia potiora nonnulla ex decisione ILLUSTRIS COLLEGII IVRECONSULTORVM FRIDERICIANAE, quam ex schedis DOMINI PARENTIS Praefes selegit, nostros in vsu deriuasse iuuat. Status causae, quae erat des *Oberhauptmanns von W. zu H. Imploranten und Leuteranten modo Querulanten eines, der Gemeinde zu H. Imploranten und Leuteranten modo Querulanten andern Theils*, ex ipsis momentis depromtis sufficienter intelligitur. Ita enim reiectae in deciso querelae nullitatis cum refectione expensarum transmissionis rationes quoad hoc sonabant caput. *Ob wohl Imploranten und Leuteranten modo Querulanten wieder gegenseitige Imploration, und darin gegebenen augenscheinlichen Besichtigung der von ihnen destruirten Plancken und Thorweges um des Herrn Imploranten adelichen Hoff sofort in dilatorius exceptionem praeventiois fori, litispendentiae et continentiae causae vorgeschirmt, Num. actor. 3. auch als diese Einreden vermittelt einer Hoffgerichts-Verordnung abgewiesen worden, Leuterung eingewendet, Num. act. 9. 10. et 11. ferner gegen die reiecton querelam nullitatis interponirt, Num. act. 15. et 16. endlichen als diese verworffen abermahls leuterando transmissionem actorum*

